


THEOLOGIA NATURALIS.

ATHEUS. Atheismus est ignorantia vel negatio Dei.
Hinc duplex atheismi species : *negativus* et *positivus*.
Athei positivi sunt vel *practici*, vel *theoretici*.

Atheus positivus. Qui Dei existentiam negat.

Atheus negativus. Qui ignorat Deum existere.

ATTRIBUTA DIVINA. In creaturis, attributorum nomine veniunt proprietates illae quae extra essentiam entis positae sunt, et ab ea naturaliter promanant. Quum autem quaecumque in Deo sunt, ad essentiam Ipsius pertineant, nomine attributorum divinorum eas proprietates intelligimus, quae juxta nostrum concipiendi modum, essentiam illius consequi videntur.



SCIENTIA DEI. Cognitio qua Deus et se et omnia cognoscit. Dividitur in scientiam *simplicis intelligentiae*, *visionis* et *mediam*.

Immensitas Dei. Attributum vi' cujus Deus exquirat ut rebus omnibus et singulis, vel infinitis, si dari possent, immediate praesens esse valeat per suam operationem et essentiam.